



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.5. Ecclesiæ Regimen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

vat, totum se voluptatibus & pigritiæ dedet, atque illa ipsa adjumenta artem corrumpent, quæ artifici ad eam commodissime exercendam data fuerant.

§. V.

Ecclesiæ Regimen.

Episcopi, quos vobis in hac Historia exhibui, non errabant, nec illud, quod est accessorium, officio Principali præferebant. Functionibus suis tota mente addictis non vacabat de vestitu aut splendidis ædibus cogitare. Imo nec Bona temporalia suarum Ecclesiarum anxie curabant, sed maximam hujus sollicitudinis partem Diaconis & Oeconomis relinquebant; spiritualia vero officia nemini alii committebant. Oratione, fidelium instructione & correctione occupabantur. Minimarum rerum quoque rationem inibant, atque hac de causa tam modicæ erant Diœceses, ut vir unus sufficere, & per se ipsum cognoscere totum gregem posset. Si omnia per alios & in loca distantia fieri expediisset, unus Episcopus toti Ecclesiæ suffecisset. Nihilominus Episcopi habebant Presbyteros, qui eos etiam in Regimine spirituali adjuvarent, qui recitandis precibus præessent, & Sacrificium (*) celebra-

(*) Et S. Sacrificium. Der Protestant hat gesetzt: das Hochamt. Er hat setzen sollen: das H. Messopfer.

brarent Episcopo absente vel ægrotante, qui baptizarent, aut exigente necessitate casu Pœnitentiam imponerent. Non nunquam Episcopi Presbyteris etiam Ministerium prædicandi Verbi Divini committebant, nam de consuetudine solus Episcopus ex Cathedra dicebat. Presbyteri erant Episcoporum Consilarii, quos Rerum Ecclesiasticarum scientia, sapientia & experientia ad hunc gradum evexerat.

In Ecclesia omnia regebantur consilio, quia Episcopi cupiebant, ut Canones, Ratio, & Dei Voluntas regnarent. Nunquam non memores erant præcepti S. Petri, & ipsius Jesu Christi, ne æmularentur Regum Terræ Dominationem, quæ semper Potestatem Despoticam sapit. Cum nulla animi præsumptione agerentur, non arbitrabantur, sibi solis veritatem esse cognitam; proprio judicio non fidebant, & aliorum sententiam absque invidia sequebantur. Meliora suadenti non ægre cedebant. Ea plerumque Conventuum publicorum felicitas est, ut aliquis intersit, qui ostendat, quid optimum factu sit, & cæteris faciendum esse persuadeat. Omnes mutua cohibentur reverentia, & nemo coram multis injustus videri sustinet. Illi, qui vacillant, aliorum virtute & constantia confirmantur. Difficillimum aggreditur negotium,

gotium, qui totam Congregationem cor-
rumpere vult, at facillime vir unus, aut
ille, cujus sequi consilia solet, sollicita-
tur & flectitur; si neminem ad consilium
adhibeat, & solus statuatur, privato affe-
ctu, quem nihil retinet, inclinatur.

Ceterum, quæ communi consensu
decreta fuere, semper melius effectui
dantur, dum quisque se eorum Aucto-
rem esse, & propriæ voluntatis Mini-
strum arbitratur. Brevior quidem via
est imperare, & subditos ad obediendum
compellere, quia magna industria & pa-
tientia opus est ad persuadendum; verum
viri sapientes humiles, & quos Charitas
regit, semper remedium certius &
lenius amplectuntur, nec laboris pœni-
tet, quem ad obtinendum Bonum a se
quæsitum impenderunt; vim nunquam,
nisi extrema exigat necessitas, adhibent.

Has causas fuisse existimo, ex qui-
bus iste præ aliis Regiminis Ecclesiastici
modus placuerit. In qualibet Ecclesia
Episcopus nihil adeo magni momenti,
Presbyteris, Diaconis & Clericorum præ-
cipuis inconsultis, faciebat. Sæpe et-
iam, quando id res postulare videbatur,
totius populi mentem explorabat, præ-
sertim in Clericorum Ordinatione. Hu-
jus rei exempla vidistis, Lectores! apud
S. Cyprianum; & id ipsum adhuc hodie
ex ordinationis Formula apparet. Vi-
distis,

*Hu-
n. 42. n. 50
Pont. Rom.
Hist. I.
XXIV. n. 40*

distis, ut simplici & paterno affectu S. Augustinus de suis & Clericorum suorum factis populo suo rationem reddiderit.

In Causis totius Provinciae utilitatem respicientibus Episcopi congregati Synodum celebrabant. In hoc Tribunali omnes causae decidi solebant; hinc Episcopi bis per annum conveniebant. Id majorum etiam Ecclesiarum Episcopi ipsisque Romanis Pontificibus in more positum erat, & quamvis antiquae Decretales solius Papae nomen praeferebant, erant tamen Synodi Papalis Decreta. Ex his Synodis duplex Bonum fluebat; nempe amicitiam & concordiam Episcoporum fovebant, tum Disciplinae unitatem conservabant. Episcopi inter se more fraterno missis caeremoniarum ambagibus sed magna Charitate agebant, & si observaveritis, quod sibi invicem titulos Sanctissime! Admodum Venerabilis! aliosque similes tribuerint, id consuetudini, quae tempore collabentis Imperii Romani invaluerat, omnibus hominibus Titulos dandi ipsorum conditioni congruos, adscribendum sciatis. Haec tamen formulae non obstant, quo minus ex mutuis Episcoporum epistolis, si in Lectorem incidant, qui istarum rerum sensu vel modice afficiatur, nobilis sinceritas & blanda fiducia eluceant. Quae ex epistolis S. Cypriani, S. Basilii, S. Augustini

gustini retuli, hanc rem satis testatam faciunt. Istud litterarum commercium Conciliorum defectum, quando celebrari non poterant, supplebat, & communicationis cum Episcopis aliarum Provinciarum, erat indicium. Tempore Persecutionum Synodorum celebratio sæpe diutissime cessabat, quia Episcopi & Presbyteri, in quos atrocius Persecutores sæviebant, in diversa abire, & se occultare cogebantur. Nec quidquam aliud magis tempore persecutionis Episcopi dolebant, quam Synodorum cessationem, cum sibi persuasum haberent, sine Conciliis Disciplinae vigorem conservari non posse. Mementote, quam amare Eusebius de Persecutione Licinii conquestus fuerit. (*)

v. hist. L. IV.
n. 44. 45.

Hist. L. 10.
n. 21.
Euf. vit.
Const. c. 25.

§. VI.

(*) Ein Lutheraner muß die Concilien überhaupt niemals billigen; denn alle Kezereyen sind da verdammet worden. Dieses Merkmaal hat unser Uebersetzer auch an sich. Er saget hier in einer Anmerkung: denn auf einigen derselben, die sonderlich in der Nestorianischen und Eutyrianischen Streitigkeit gehalten worden, ist es so ungöttlich und wirklich gottlos zugegangen, daß man sich kaum eine Gnadengegenwart zc. Wenn man diejenigen Versammlungen, als zum Exempel das Latrocinium Ephesinum, welche von der Römisch-Katholischen Kirche ver-

Hist. Eccles. Tom. VIII.

P

che ver-

§. VI.

Clerici inferiores.

Sed ad Regimen Ecclesiarum particularium redeamus. Infra Episcopum & Presbyteros multi erant in officiis constituti,

die verworfen worden, ausnimmt, so hat dieser Uebersetzer wider die Wahrheit hingeschrieben. Ferner; sie sind (die Concilien) die vornehmste Ursach, daß in einem grossen Theile der äusserlichen Christenheit das Wort Gottes verdränget und wegcanoniret worden. Denn wenn in einer Gemeinde oder Provinz eine Streitigkeit entstand, so nahm man nicht seine Zuflucht zu Mose und den Propheten, zu Christo und seinen Aposteln, sondern es mußte ein Concilium zusammen berufen werden, und da mußte ein jeglicher das holen, was er glauben, oder für recht erkennen sollte. Hier haben wir unsers Herrn Uebersetzers so viel Worte so viel Lügen, wenn er von den Versammlungen will reden, welche die Römische Kirche angenommen hat. Erstlich saget er: daß in einem grossen Theile der äusserlichen Christenheit das Wort Gottes verdränget ic. das klinget lächerlich, wie kann er erweisen, daß die Christen in einem grossen oder kleinen Theile der Christenheit damals innerlich etwas anders geglaubet haben, als was ihnen in den Concilien zu glauben vorgetragen worden? ja wie kann er dessen nur eine vernünftige Deutung bringen?

Daß